

volebant apprehendere eum
sed nemo misit super illū ma-
nus. Venerunt ergo ministri
ad pontifices. et phariseos: et
dixerunt eis illi. Quare non
adduxistis eum? Responde-
runt ministri. Nunquā sic locu-
tus est homo: sicut hic loqui-
tur. Responderunt ergo eis
pharisei. Nunquid et vos se-
ducti estis? Nunquid aliquis
ex principibus credidit in eū
aut ex phariseis? Sed turba
hec que nō nouit legem: ma-
ledicti sunt. Dicit nicodemus
ad eos. ille qui venit ad eum
nocte: qui erat vnus ex ipsis.
Nunquid lex nostra iudicat
hominem. nisi audierit ab ip-
so prius et cognouerit quid
faciat? Responderunt et dixe-
runt ei. Nunquid et tu galili-
leus es? Scrutare et vide:
quia propheta a galilea non
surgit. Et reuersi sunt vnus-
quisque in domum suam. **Off.**
Domine ad adiuvandum me fe-
stina confundantur omnes qui
cogitant seruīs tuis mala. **Beāt.**
Purifica nos misericors
deus: vt ecclesie tue pre-
ces quę tibi grate sunt pia mu-
nera deferentes. fiant expia-

tis mentibus gratiores. **Per**
dominū nostrū iēsum chri-
stū filiū tuū. **Cōmunio.**

Domine memorabor iusticie tue
solius deus docuisti me a iuuen-
tute mea et usque in senectam et se-
nium deus ne derelinquas me.

Celestia **Post cōmunio**
dona capientibus. que-
sumus domine non ad iudici-
um prouenire patiaris: quod
fidelibus tuis ad remedium
prouidisti. **Per dominū nr̄m**

Populi **Super populū.**
Domine deus institutor et re-
ctor: peccata quibz impugna-
tur expelle: vt semper tibi pla-
citus: et tuo munimine sit secu-
rus. **Per dominum nostrum.**

Seria sexta ad sc̄m eusebiū.

Meditatio cordis mei in
conspectu tuo semper do-
mine adiutor meus et redemptor
meus. **ps.** Celi enarrant gloriam
dei et opera manū eius annun-
ciat firmamentum. **Collecta.**

Deus qui ineffabilibus
mundum renouas sa-
cramentis: presta quesumus
vt ecclesia tua eternis profi-
ciat institutis: et temporalibz
non destituatur auxilijs. **Per**
dominū. **Lectio libri regū.**

In diebus illis: Egrotauit
filius mulieris in familia: et
erat languor fortissimus. ita
ut non remaneret in eo alti
us. Dixit ergo ad helyam:
Quid mihi et tibi vir dei?
Ingressus es ad me ut reme
morarentur iniquitates mee
et interficeres filium meum.
Et ait ad eam helyas. Da mi
hi filium tuum. Tulitque eum
de sinu illius: et portauit in ce
naculum ubi ipse manebat.
et posuit super lectum suum. et
clamauit ad dominum et dixit. Do
mine deus meus: etiam ne vi
duam apud quam ego utcu
que sustentor afflixisti. ut inter
ficeres filium eius. Et expa
dit se atque mensus est super
puerum tribus vicibus: cla
mauitque ad dominum et dixit.
Domine deus meus: reuer
tatur oro anima pueri huius
in viscera eius. Exaudiuit
dominus vocem helye. Et
reversa est anima pueri in
tra eum. et reuixit. Tulitque he
lyas puerum et deposuit eum
de cenaculo in inferiorem do
mum. et tradidit matri sue. et
ait illi. En uiuit filius tuus.
Dixitque mulier ad eum. Nunc

in isto cognoui quoniam vir
dei es tu: et verbum domini
in ore tuo verum est. **Gradu.**
Bonum est credere in domino
quam credere in homine. **R.**
Bonum est sperare in domino quam
sperare in principibus. **Secundum**
In illo tempore **Iohanne.**
Erat quidam languens la
zaros a bethania: de castello
marie et marthe sororum eius.
Maria autem erat que un
xit dominum unguento. et ex
tersit pedes eius capillis suis
cuius frater lazarus infirma
batur. Miserunt ergo sorores
eius ad eum: dicentes. Do
mine: ecce quem amas infir
matur. Audiens autem iesus
dixit eis. Infirmitas hec non
est ad mortem: sed pro gloria
dei. ut glorificetur filius dei
per eum. Diligebat autem ie
sus martham. et sororem eius
ariam: et lazarus. Et ergo
audiuit quia infirmabatur:
tunc quidem mansit in eodem
loco duobus diebus. Dein
de post hec: dixit discipulis su
is. Eamus inuideam iterum.
Dicunt ei discipuli. Rabbi: nunc
querant te iudei lapidare: et
iterum vadis illuc. Respondit iesus

Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit: quia lux non est in eo. Hec ait: et post hoc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine si dormit: saluus erit. Dixerat autem iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos vt credatis. quoniam non erat ibi. Sed eamus ad eum. Dicit ergo thomas qui dicitur didimus: ad discipulos. Eamus et nos: et moriamur cum eo. Venit itaque iesus: et inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta ierosolimam: quasi stadiis quidecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham et mariam: vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Ma-

ria autem: domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum. Domine: si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit ille iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio: et vita. Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine. Ego credidi quia tu es christus filius dei: qui in hunc mundum uenisti. Et cum hec dixisset: abiit et vocauit mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit: surgit cito et venit ad eum. Nondu enim uenerat iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erant cum ea in domo et consolabantur eam. cum uidissent mariam quia cito surrexit et exiit secuti sunt eam dicentes. quia vadit ad monumentum vt plo-

ret ibi. **M**aria ergo cū venisset vbi erat iesus: videns eū cecidit ad pedes eius et dixit ei. **D**ñe: si fuisses hic. nō esz mortuus frater meus. **I**esus ergo vt vidit eam plorantem et iudeos qui venerant cum ea plorantes: fremuit spiritu et conturbauit seipsum et dixit. **U**bi posuistis eū? **D**icūt ei. **D**omine: veni et vide. **E**t lachrimatus est iesus. **D**ixerunt ergo iudei. **E**cce: quomodo amauit eum. **Q**uidam autē dixerunt ex ipsis. **N**ō poterat hic qui aperuit oculos cecī. facere vt et hic non moreretur? **I**esus ergo rursus fremens in semetipso: venit ad monumentum. **E**rat autem spelunca: et lapis superpositus erat ei. **A**it iesus. **T**ollite lapidem. **D**icit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. **D**omine: iam fetet: quatrīduanus enim est. **D**icit ei iesus. **N**onne dixi tibi. quoniā si credideris videbis gloriā dei? **T**ulerunt ergo lapidem. **I**esus autem eleuatis sursum oculis: dixit. **P**ater: gratias ago tibi: quoniā audisti me. **E**go autem sciebas quia sem

per me audis: sed propter populum qui circumstat dixi. vt credant quia tu me misisti. **H**ec cum dixisset voce magna clamauit. **L**azare: veni foras. **E**t statim prodijt qui fuerat mortuus. ligatus pedes et manus iustis: et facies illius sudario erat ligata. **D**icit eis iesus. **S**oluite eum: et finite abire. **M**ulti ergo ex iudeis qui venerant ad mariam et viderant que fecit: crediderūt in eum. **off.** **P**opulū humilem saluum facies domine et oculos superbōrum humiliabis quoniam quis deus preter te do

Minera **Secre.** mine. **M**nos domine quesum? oblata purificent: et te nobis iugiter faciāt esse placatū. **p.** **Lō.** **V**idens dominus flētes sorores lazari ad monumentum lacrimatus est corā iudeis et clama bat lazare ueni foras et prodijt ligatis manibz et pedibz qui fuerat quatrīduanus mortuus. **Post cō.**

Hec nos q̄s dñe p̄cipatō sacri et ap̄p̄is reatibz in defīnēter expediat: et ab oībz tueas aduersis. **p.** **Sup p̄lin**

O A q̄s oīps de? vt qui infirmitatis nr̄e p̄scij de

tua virtute confidimus? sub
tua semp pietate gaudemus?

Psalm. *Sabbato ad sanctum
Laurentium foris murum.*

Scientes uenite ad aquas
dicit dominus et qui non habe
tis precium uenite et bibite cum leti
cia. **ps.** Attendite popule me leges

meas inclinate aurem uestram in uer

R. *Sat.* **Lolla.** ba oris mei.

R. Domine quoniam per gratiam
tuam fructuosus nostre deuotio
nis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati

Psalm. *Lectio ysaie prophete*

R. Et dicit dominus: In
tempore placito exaudi
ui te: et in die salutis auxilia
tus sum tui. Et seruaui te et
dedi te in fedus populi: ut susci
tares terram et possideres he
reditates dissipatas. ut dice
res his qui uincti sunt erite.
et his qui in tenebris reuela
mini. Super uias pascuntur
et in omnibus planis pascue
eorum. Non esuriet neque siti
ent: et non percutiet eos estus et
sol: quia miserator eorum reget
eos. et ad fontes aquarum po
tabit eos. Et ponam omnes
montes meos in uiam: et se

mite mee exaltabuntur. Ecce
isti de longe uenient: et ecce illi
ab aquilone et mari. et isti de
terra australi. Laudate celi et
exulta terra: iubilate montes
laudemus: quia solatus est dominus
populum suum. et pauperum suorum
miserabitur. Et dicit syon. Reli
quit me dominus: et dominus oblitus
est mei. Numquid obliuisci po
test mulier infantem suum. ut non
miseretur filio uteri sui. Et si
illa oblita fuerit: ego tamen non
obliuiscar tui. Dicit dominus om
nipotens. **Graduale.** Tibi domine

derelictus est pauper pupillo tu

eris adiutor. **R.** Ut quid domine re

cessisti longe despicias in oportunita

tibus in tribulatione dum superbit im

pius incedit pauper. **Psalm iohannis**

In illo tempore: Dicebat iesus

turbis iudeorum. Ego sum lux

mundi. Qui sequitur me non am

bulat in tenebris: sed habebit

lumen uite. Dixerunt ergo ei phari

risei. Tu de teipso testimonium

perhibes: testimonium tuum non

est uerum. Respondit iesus: et

dixit eis. Et si ego testimonium

perhibeo de meipso. uerum

est testimonium meum: quia

scio unde uenio et quo uado

Uos autem nescitis unde ue